

TRACTATVS de Cambijs.

Auctore Fratre Fabiano Genuensi absolutissimo Theologo, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini in Romana curia Procuratore.





Romæ, in Aedibus Antonii Bladi
M. D. LVI.

S. Andrea  della Valle

Reuerendissimō in Christo Patri & Dño Hierony,
mo Salernitano Archiepiscopo, frater Fabia-
nus Genuensis ordinis fratrum Eremita
rum S. August. congregationis S.
Mariæ de Consolatione per-
petuam fęlicitatem. D.



VM multorū hortationibus ac flagitationibus deesse nō possim, qn in lucē edam id, qđ iussu Reuerēdi. Vicarii Reuerendiss. nři Archiepi D. Hieronymi Saulis, ad Dei honorē & aiarum salutē, duobus annis antea conscripsi, de his Cambiis, quę vocant de Lugduno aut Bezēzono, meę in te obseruātię cōuenire visum est, hāc elucubrationē, qualiscūq; illa sit, sub tuo noīe in lucem emittere: cū certō sciam, quēadmodū sub assiduo, prudenti, & catholico tuo regimine Salernitana Ecclesia, tū in moribus, tum in xpianę vitę offō cōtinet, & admodū decoratur: ita & Augustiniana nřa religio duodecim annos vigilantissima, atq; ardētissima gñalatus tui administratione, in Diuino cultu, sanctisq; moribus, atq; institutis, fuit mirabiliter instaurata, exculta, & magna ex parte illustrata: cuius certe rei, oēs, qui huius Ordinis pfessionē sequimur, memoriā retinere debemus sempiternā. Missū facio id, qđ meū pcipue postulat offm, cum Dño & oīpotenti Deo placuerit, vt indevsq; à studiorū meorū primordiis, te oīum mearū bonarū rerū Ducē cognouerim, ac deinde pro tēporū opor tunitatibus (quę tua est singularis benignitas) mul

torũ,quæ in noſtra ſunt religione ornamẽtorũ, au ctor mihi fueris. Quapp Deo primùm,& tibi ſcdo loco,mea omnia ſemper accepta referã. Itaq; huic Opuſculo de Lugdunẽſi Cambio, duas orationes corã Sanctiſſimo Dño.D.noſtro, & Clariſſimo Re uerendiſſimoq; Cardinaliũ ſenatu habitas, tanq̃ la borũ meoq; primitias, in hoc primo noſtri Ordi= nis procurationis meę anno,mihi viſum eſt adiun gere.Deinceps,vt hic meus libellus eiuſmodi nego ciorũ & contractuũ ad mercatores pertinentiũ ar= gumentis exornetur,operę precium duxi vnà ede re eruditum & catholicum opus de vſuris, & ea= rum reſtitutionibus, a Reuerendo & clariſſimo Doctore noſtri Ordinis fratre Gerardo Senẽſi elu= cubratum.Quod quidem opus cũ nõdum impreſ= ſum fuiſſet, & proximo anno ego eſſem Neapoli, tua ſingulari benignitate factum eſt,vt huius libri exemplũ fuerim aſſequutus.Itaq; reliquum eſt, vt ſicut benignitas tua ſingularis,& meę ſincerę ſerui tutis in te obſeruãtia poſtulat,has meas elucubra tiunculas,vt tibi omni ex parte debitas,libẽter ac= cipere digneris:quas quum legere tibi contigerit, quicquid emendatione dignum offendes, iudicii tui ſinceritate,atq; illuſtri examine corrigas.Quod vero ſatis tibi faciet,vt à Deo ipſo mihi eius ſeruo inutili,& clientulo tibi obſeruãtiſſimo cõceſſum, hilari animo accipias. Vale Religionis decus.

FRATRIS FABIANI GENVENSIS absolutissimi Theologi Ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini, in Romana curia Procuratoris, Tractatus de Lugdunensi Cambio diligenter examinatus.



N NOMINE DOMINI nostri Iesu Christi bñdicti amen. Cum à Reuerendo Domino Caprulensi Episcopo, Reuerendissimi in Christo Patris & Domini Hieronymi Saulis Archiepiscopi nostri Genuensis Vicario, pro animarū salute, ad instantiam nostrorum Dominorum ciuium, nobis in vnum eius iussu congregatis, propositum fuerit, Vtrum Lugdunense vel Bezenzonense cambium, sine conscientiæ scrupulo, recteq; celebrari possit: et audita super hoc negocio cuiuslibet nostrum sententia, nobis omnibus & singulis iniunctum fuerit, vt vnusquisq; nostrū eandem clare distincteq; cōscriberet. Ego frater Fabianus Genuensis Ordinis fratrum Eremitarum Sancti Augustini, Congregationis Sanctę Marię de Consolatione, & si ob magnam ingenioli mei imbecillitatem, atq; huius negocii nō modicam difficultatem, aliorum sententias in hac re malem audire, quàm meam apponere: vt tamen ipsius Reuerendi Patris & Domini Vicarii voluntati morem geram, Diuino in primis implorato subsidio, quid super hoc q̄ difficillimo negocio sentiam, saluo semper saniori iudicio, & in primis, vt decet, Sacro Sanctę Romanæ Ecclesiæ arbitrio, dicam, vt potero, q̄ breuissime.

¶ Et quoniam, vt ait Philosophus primo de Anima, principiū demonstrationis est, quod quid est. Et primo Phy. rectus dicē di modus secundum naturam, est cōmunia prius dicere, & postea circa vnumquodq; propria speculari: atq; ex vniuersalibus ad singularia oportet procedere: consequens est, vt hic sermo noster à diffinitione, & a cōmunioribus proficiscatur. In

T.c.11.
T.c.57.
T.c.4.
Modus procedendi in hoc tractatu.

primis itaq; in cõmuni describam, quid Cambium, & quid Ars campsoria sit. Deinde positis quibusdã distinctionibus, ad propositi quęsiti declarationem specialiter accedam.

Quid cãbiũ. ¶ Dico igitur primo, quod cambium, secundum vocabulum, est omnis cõmutatio, idest, omnis cõmutatio, quęcunq; sit illa, potest vocari cambium. Secundum verò vsum ad nostrũ propositum loquentium, est cõmutatio numismatum vel forte, & melius, est cõmutatio vnius generis in aliud genus numismatum. Quæ quidem cõmutatio a venditione differt sola materia, quia non est nisi circa pecunias: venduntur vero etiam reliqua omnia ad vitam & humanum vsum necessaria.

Distinctio Cãbiorum. ¶ Huiusmodi autẽ Cambium duobus modis fieri potest. Vno quidem modo sine literis. Altero vero cum literis, siue, vt communiter dicitur, per literas. Sine literis quidem, quando eodem in loco, & eodẽ tempore, numisma vnius generis, in numisma alterius generis, efficaciter cõmutatur. Et sic huiusmodi Cambium, vocatur Cambium reale tantùm.

Cur Cambiũ dicatur reale. Reale quidẽ, quia sine quauis fictione, re ipsa, siue realiter, & cum effectu, numismata diuersorum generum, quę sunt vere res, adinuicem cõmutantur.

Cur reale tm̃, Reale vero tm̃, quia absq; quouis literarũ adminiculo, huiusmodi numismatum cõmutatio vere perficitur & complet.

Cur ad minutum. Vocatur etiam Cambium ad minutum, quia vt plurimum huiusmodi numismatum commutatio minute & in parua pecuniarum summa fit, sicut patet in numulariis illis qui vulgari vocabulo Bancharoti, & non Bancherii nuncupantur: vt cum Petro habenti scutum aureum, numularius ibidẽ & tunc dat monetam argenteam, vel econtrario. aut habenti vnius generis monetam puta Testonos vel Iulios, dat monetã alterius generis, puta Denarios minutos vel quatrinos, aut ecõtrario.

Qñ Cãbium reale p̃ literas celebretur. Cambium verò reale per literas tunc fit, quãdo ab altera contrahẽtium parte in vno loco siue regno datur numisma vnius generis, & pro eo numismate ab altero contrahentiũ aliud numismatis genus alibi siue alio in regno, literarum (vt decet) adminiculo, efficaciter cõsignatur. Huiusmodi enim Cambium vocatur reale, ratione superius dicta.

Cur p̃ literas Vocatur vero Cambium per literas, quia literis (vt decet) efficaciter, & cum effectu perficitur, & completur. Quum. n. aliãs quispiam negociandi gra-

tia volebat ad alium distantem locum se transferre, suas Cam-psori dabat pecunias, vt congruo dato precio ipse Cãpsor suis literis illo in loco pecunias illas ei consignari faceret. Vel quũ quispiam habebat certam monetarũ summã alibi plus valentem, congruo dato prẽmio, dabat illam Campsori, quatenus ipse Campsor suis literis dictam pecuniam eo in loco sibi consignari faceret.

¶Cambium vero Lugdunense aut Bezenzonense fit hoc modo. Campsor enim spe lucri, congruo tempore, pro singulo scuto de marcha sibi à venditore Lugduni aut Bezẽzoni consignando, alio in Regno, puta Genuẽ, dat & soluit ipsi venditori precium, loco & tempore cõtractus cõmuniter currens, puta solidos sexagintaquinqȝ, & plus, aut minus, secundum varios rerum euentus, puta abundantiam & penuriam emptorũ aut venditorum, vel copiam aut inopiam pecuniarum tunc ibi contingentem, & id genus. Deinde confectis & missis ipsorũ Cambiorum literis, congruo tẽpore, huiusmodi scuti de marcha, siue potius eis ẽquiualens, Lugduni aut Bezenzoni sibi efficaciter consignantur. Qũo Lugd. Cãbium celebretur.

¶Ars autem Campsoria, vt à Doctoribus cõmuniter dicitur, est negociatio in cõmutatione numismatum. Vel, & forte melius, est Ars, qua quis potest scire negociari in cõmutatione numismatum. Huiusmodi autem ars Campsoria duobus modis considerari potest. Vno quidem modo, vt est ordinata ad publicum in primis, & subinde ad cõdecens ipsius Campsoris priuatum bonum. & hoc modo honesta & laudabilis, ac digna congruo est prẽmio, vt suo loco hic inferius patebit. Altero vero modo, vt purè Campsoria est, & vt adinuenta & vsitata solum (quantũ ex ipso Campsore est) ad priuatum & propriũ ipsius Campsoris cõmodum ac lucrum. & hoc modo reprehensibilis est, ac improbanda. Hoc enim modo à Philosopho primo Polit. tripliciter improbatur. Primò quidem, rõne vtendi sua materia, pecunia videlicet, in qua versatur: quia.s. vtitur ipsa pecunia, non quo ad eius propriũ & principalẽ, sed quo ad eius cõem & secundarium vsum. Secundò vero rõne finis, ad quem (vt sic) ab ipso Campsore ordinatur, quia videlicet Campsor vtitur ea in primis & solũ propriũ lucri gratia: quod Quid ars Cãpsoria. Cap. 7.

quidem lucrum,siue eius affectus,vt sic, fine caret:crescit enim amor nũmi, quãtum ipsa pecunia crescit. Tertio autem,ratione vtriusq;:quia hoc tali casu Campsor ipsas pecunias appetit propter se,quæ tamen(vt inferius patebit)non propter se quærendæ,habendéq; sunt.

¶Ex hac autem distinctione,tractatum hũc in duas distinguo partes. In quarum prima dicam de illis Campsoribus, & de Cambiis vel contractibus eorũ,qui ipsa arte Campsoria, vt pure Campsoria est,ac prima & sola sui proprii cõmodi & lucri intentione,turpiter & reprehensibiliter vtuntur. In secũda vero dicam de illis Campsoribus,& Cambiis eorum, qui ipsa arte Campsoria,vt decet, ad publicum in primis, saltẽ tacita intentione,& subinde ad condecens ipsorum Campsorum priuatum bonum,honeste & laudabiliter funguntur. Ex quibus duobus in arte Cãpsoria procedendi modis,clarissime cognoscetur,Quomodo Lugdunẽse vel Bezenzonense Cambium, recte vel non recte ab ipsis Campsoribus celebrari possit. Et ita ad id, quod a'Reuerẽdo in Christo Domino Episcopo & Vicario nobis coram propositum & iniunctum fuit, cumulatius satisfiet.

Prima praua Campsorũ ad inuentio.

¶Quo igitur ad primam partem dico, quòd ex primo in arte Campsoria modo procedendi in ipsorum Campsorũ affectu nimia lucri cupiditas argui potest:ex qua sane nimia cupiditate,velut ex mala radice,varię & praueę lucri captandi adinuentiones in eorum intellectu quã facillime suboriuntur:radix.n. omnium malorũ est cupiditas,vt ait Apostolus.Quæ sane praueę adinuentiones,vt idem ibidẽ ait,mergunt homines in interitum & perditionem. Quarum vna est illorum Campsorum,qui toto affectu,& tota mentis intentione, suos thesaurizant thesauros in terra, cor suum in huiusmodi thesauris in primis collocantes,suas dando pecunias ad Cambiũ pro Lugduno aut Bezenzono,quantum est ex se, solum causa proprii lucri acquirendi:suis literis ordinantes,vt deinde eędem pecunię circulatione quadam Genuam remittantur, & sic successiue,nullam aliam mercaturam pręter ipsa Cambia exercentes. Et ratio est,quia isti tales Campsores,vt sic,quantum est ex se, pecuniis,non vt instrumento,sicut deceret, ęconomicę & po

1.Tim.6.

litice

iticæ artis, sed solum nimio affectu lucri acquirendi, quod fi- ne caret, vtuntur. Non tamen ex hoc damnare intendimus absolute, omnes quoscunq; illos campsores, qui, vt ita dixeri- mus, circulariter Cambia celebrant: quoniam illi, qui ces- sante omni fraude & prauo affectu, cõfectis cambiis Genuæ pro Lugduno, suas pecunias Genuam deinde remitti ordi- nant, vt etiam, si libuerit, deinde pro Lugduno cambia con- trahant; ex hoc præcise non sunt condemnandi: laudabilius tamen se gererent, si peractis & completis primis, aut saltem secũdis cambiis, illis pecuniis, aut saltem illarum pecuniarum parte, victualia & merces ad vitam & vsum hominũ necessa- ria, & ad publicum commodum opportuna compararent. Tantummodo igitur in hac re damnãdos esse credimus cam- psores illos, qui prauo lucri affectu, & nimia mentis solicitu- dine, huiuscemodi cambia celebrant, dicente domino, nolite thesaurizare thesauros vestros in terra. Quod sane ex huius- modi eorum longa & continua cambiorum circulatione co- niicere possumus. Hinc Dominus Archie. flo. par. 2. tit. pri. cap. 16. ait, quòd in statu damnationis sunt homines illi, qui in eorum negociationibus vltimum eorum finem in ipso lu- cro ponunt, intendendo videlicet diuitias augere, & eas sibi reseruare: & tanto magis peccarent, si huiusmodi eorum lu- cris rectum ciuitatis viuendi modum inuerterent, ea videlicet in nimias filiarum dotes, in superbarũ domium structuras, in preciosissimam suppellectilem, in enormes pompas, nimium faustũ, illecebras delicias, in inhonestos luxus, flagitiosos lu- dos, & id genus exponendo, & ita aliis suis conciuibus ad hæc & similia perpetranda occasionem dando. *Luc. 6.*

¶ Secunda praua adinuentio, & abusus est, illorum campso- rum, qui ex anticipata suarum pecuniarũ ad cambium datio- ne, pecunias Lugduni aut Bezenzoni sibi assignandas, mino- ri precio emunt, q̃ si congruo tẽpore dandi pro nundinis illis eas darent. Hi enim omnes, iniusti, & vsurarii sunt censendi. Iniusti quidẽ, quia rem emunt minori precio q̃ valeat: quod sane est contra iustitiam cõmutatiuã, ad quam attinet emptio- nis & venditionis cõtractus. Amplius secundũ Philosophum primo Pol. & 5. Ethicorum, emptio & venditio fieri debet ad 2. *Cap. 6.* *Cap. 7.*

beneficium vtriusq́, emptoris videlicet, & venditoris. Itaq́ in ea, inter preciũ, & rem venalem æqualitas seruanda est. Quæ sanæ duo, vt prædictum est, in hoc nõ seruantur contractu. quare &c. Amplius, hoc idẽ sic astrui potest. Precia enim rerum non ex affectu singulorum, sed communiter æstimantur .ff.ad.l.falci, l.precia. oportet igitur venalem illam pecuniam, non affectu campsoris, aut capientis ad cambium, sed bonorũ & peritorum virorum arbitrio cõmuniter æstimari. Facit ad hoc. 10.q.2.§.hoc ius porrectum. iuncta glo. vbi decernitur, quòd precium sit æquale rei venali, que quidem, vt ex præmissis clare deduci potest, in hoc non seruantur cõtractu; ergo iniusti. Vsurarii vero sunt, non quo ad formam cõtractus, cum sit cõtractus emptitius, sed quo ad intentionẽ deprauatam ipsius emptoris, argumento per locum à contrario. cap. nauiganti, casu. 2. titulo de vsuris: quia, vt ibi recte inquit Abbas, perinde ius fingit., ac si illam pecuniam mutuaret illi venditori, vt inde recipiat lucrum illud, quod est vltra veram rei æstimationem. quare &c. Hoc idem dicendum est de illis, qui causa maioris lucri ante congruum tempus suas dant pecunias ad cambium pro nundinis Messanæ, aut alibi celebrãdis. Hoc etiam idem dicendum est de illis, qui tempore dandi ad cambium pro nundinis apparitionis, non dant pro nundinis illis, Sed pro nundinis paschatis sequentibus. Et multo magis iniusti & vsurarii censendi sunt illi, qui eodem tempore suas pecunias dant ad cambium pro duabus vel tribus nundinis simul. Hoc idem etiam dicendum est de illis, qui in Hispaniis nomine cambii suas dant pecunias pro 3.&.4. terminis, ad rationem supra sortem trium vel quatuor pro singulo
2 centenario. Hoc idem rationibus iam dictis dici posset de illis, qui initio contractus cum venditore pecuniarum paciscuntur & conueniunt: quòd si adueniẽte solutionis termino, nõ soluerit, singulis postea annis supra sortẽ soluat decem vel duodecim pro singulo centenario vsq́ ad completam totius pecuniæ solutionem: præsertim secundum Sco. 4. sen. dist. 15. Si malent hac via q̃ alia lucrari: & secundum aliquos alios, si credunt debitorem, adueniente solutionis termino, non soluturũ, facit 12.q.2.cap. fraternitas & de arb. cap. Dilecti, in glo.

Tertia

Tertia praua adinuentio, est illorum campsorum, qui adue- 3.
niente termino solutionis cambiorũ pro præcedentibus nun-
dinis, capto lucro inde tunc iam proueniente, spe alterius lu-
cri, acquirendi, solutionem suarum pecuniarum sibi tunc fa-
ciendam nomine cambii vsq; ad sequentes prorogant nundi-
nas, pacto, ꝙ sibi detur id, quod vera cambia ꝓ eo loco alibi
celebrata tunc parient. Hic enim re vera nõ ẽ cõtractus cam-
bii, sed est contractus mutui nomine cambii paliatus, cum eo-
dem in loco dentur & reddantur pecuniæ eiusdem generis, et
inde aliquid lucri in primis speretur: quod sane est cõtra Dei
præceptum, Luc. 6. dicẽ. mutuum date nihil inde sperantes. Luc. 6.
Hoc idem etiam satis clare constat, cap. consuluit & cap. na-
uiganti, rub. de vsuris. & 14. q. 3. c. si fœneraueris, & per to-
tum. quare &c.

¶ Quarta praua adinuentio, est illorum campsorum siue nu- 4.
mulariorum, qui aut monopolio, aut colusione, aut quouis
alio dolo, aut fraude, arte, vel exqsito ingenio, iusta cambio-
rum precia, quouismodo augent vel Imminuunt. Hi enim in
huiusmodi cambiis iustitiæ cõmutatiuæ æqualitatẽ nõ seruãt,
immo eam fraudulenter inuertunt: quo fit vt rationibus su-
perius adductis hi male agant, & in foro animę (secundum
omnes Doctores tam Theologos quam Canonistas) lucrum
inde perceptum efficaciter restituere teneantur. Hoc idem di-
cendum videtur etiã de illis campsoribus, qui sine quouis eo-
rum dolo, fraude, arte, vel ingenio, precia cambiorum pro
Lugduno, quæ ipsi faciunt, nõ imminuunt: probabiliter ta-
men credunt huiusmodi precia imminuta fuisse Monopolio,
fraude, vel dolo aliorum, vel illorum qui præfata cambia pro
Lugduno ita dolose cõtraxerunt, vel illorũ qui multas & ma-
gnas pecuniarum summas magnis dominis accomodant pa-
cto, vt inde singulis annis lucrentur vigintiquinq; vel trigin-
ta supra sortem pro singulo centenario: ob quod, sicut his
nostris cupidissimis temporibus satis liquet, sequitur pecunia-
rum restrictio, siue penuria: & inde dantes ad cambium pro
Lugduno, pro singulo scuto de marcha minus dant, q̃ darẽt,
si præfata excessiua lucra ab eisdẽ magnis dominis quauis arte
vel ingenio extorta non fierent. Ex quo enim ex nimia alio-

rum mercatorum cupiditate iniusta precia cambiorũ pro Lugduno imminuũtur, & ita inde Campsor aliquid plus lucratur, q̃ si hæc aliorum nimia cupiditas non intercessisset, illud plus lucri, velut ex mala radice & arbore procedens, iniustum videtur: non enim, vt ait Dominus, potest arbor mala bonos fructus facere. quo fit vt illud sit restitutioni obnoxium, sicut & per argumentum à simili sic astrui potest, Si enim alicuius aut aliquorum vi, dolo, aut fraude, vel quouis alio ingenio, iustum frumenti precium imminueretur, alii eo sic imminuto precio ipsum frumentum ementes, non iuste emerent, cũ precium (vt superius probatum ẽ) rei venali æquale esse debeat: iccirco hoc tali precio sic emẽtes, si hoc eis cõstaret, aut probabiliter crederent, in foro animæ ad supplẽdum vsq; ad iustum & æquale preciũ tenerentur. Quare hoc idem, & ab his qui minori precio in cambiis pecunias emerunt, faciendũ est. Verum quia quantum in huiusmodi cambiis de iusto eorum precio sit imminutum & ademptum fuerit, forte multum difficile foret iudicare, forte arbitrio boni viri posset illud pauperibus & miserabilibus personis dispensari.

Matth. 7.

5. ¶ Quinta praua adinuentio est illorum campsorum siue mercatorum, qui adueniente pro cambiis iam confectis solutionis termino, in taxandis aliorum cambiorum remittẽdorum, puta pro Genua, preciis, Lugduni aut Bezenzoni quouis modo Monopolium faciunt, aut quouis alio ingenio, vel quæsito colore ipsas venales pecunias iniuste appreciant, & earum precia iniuste taxant. Huiusmodi .n. homines, vt clare liquet, iniuste agunt, & sic alios damnificantes, aut in huiusmodi iniusto lucro scienter participantes, arbitrio bonorum & peritorum, de damno iniuste dato, damnificatis tenentur.

6. ¶ Sexta praua adinuentio est illorum numulariorũ, qui principali spe lucri, aut pacto huiusmodi lucri sic sperati, quod videlicet vera cambia p Lugduno aut Bezenzono pariẽt, suas aliis dant pecunias, nõ cõfectis cambiorũ literis: & si cõfectis, non tamen missis vel admissis. Huiusmodi enim contractus, vt omnes Doctores fatentur, & ex se satis clare constat, nõ vera cambia, sed falsa, & ficta, ac simulata sunt. Eodem enim in loco dantur & recipiuntur eiusdem generis pecuniæ: quo fit vt

re vera

re vera mutua sint, nomine tamen cambii paliata, & sub falso cambii nomine principali spe, immo pacto lucri sic sperati celebrata: quo fit vt rationibus & allegatiōibus iam superius adductis, huiusmodi numularii iniusti & vsurarii sint, & ad restitutionē lucri taliter inde percepti efficaciter teneantur. Hoc idem dicendum est de illis, qui suas dant pecunias artificibus siue nauigantibus, aut mercatoribus, eas in eorū artificiis aut mercimōiis expositutis, pacto tamen aut spe principali, quod, saluo capitali, id quod vera cambia pro Lugduno aut Bezenzono eundo & redeundo parient, sibi consignetur, malentes isti tales hac via q̄ alia verorum cambiorum lucrari. Hi enim omnes vsurarii sunt, vt patet cap. consuluit, rub. de vsuris. ēt si capitalis periculum in se susciperent, cap. nauiganti, eo ti. Hoc idem dicendum est de illis, quicunq; illi fuerint, siue viri, siue mulieres, qui suas dant pecunias numulariis, eis dicentes, vt eas in cambiis pro Lugduno recte exerceant, quos tamen sciunt, aut probabiliter credunt, eas nō in huiuscemodi cambiis, sed in aliis eorum negociis, & forte non iustis expositu ros: & pacto, quod quicquid lucri ex veris cambiis pro Lugduno ab aliis cum effectu celebratis processerit, sibi supra sortem reddatur. Et multo magis vsurarii censendi sunt, si cū numulariis paciscuntur, aut schedulas sibi fieri faciunt, quod saluo capita, singulis annis sibi supra sortem reddantur sex vel septem pro singulo centenario. Hoc idem dicendum est de illis, qui suas aliis dant pecunias nomine depositi, aut (vt dicitur) cōtri firmi, aut partiti, aut cōmodi, aut virtute cuiusdā proclamatis nomine cuiusdam domini alias publice promulgati, aut titulo pignoratitio, aut quouis alio ficto, adinuento, excogitato, aut exquisito nomine vel colore; pacto expresso, vel saltem intentione principali habendi aliquid supra sortem eodem in loco, singulis nundinis pro singulo centenario. Hi enim omnes & singuli, rationibus prædictis, animarum suarū saluti male consulunt, & re vera vsurarii sunt: plus enim valere debet quod agitur, quàm quod simulate concipitur. C. plus valere debet qđ agitur, p totū. Proinde qcqd ex eorū huiusmodi veris mutuis, variis, fictis, ac simulatis nominibus paliatis, sic extorserint, in foro animę efficaciter restituere tenētur.

¶ Septima

7. ¶Septima praua adinuentio est illorum campsorum, qui etiã cõgruo tempore, suas aliis dant pecunias ad cambiũ pro Lugduno aut Bezenzono, minus tamen dant pro singulo scuto de marcha Lugduni consignando, q̃ tunc in communi foro arbitrio bonorũ dari contingat. Hoc autem quandoq; procedit ex magna necessitate ad cambium capientium, qui non inuenientes campsores ad cambium sibi dantes congruo & currenti precio, necessitate coacti vt suis rebus prouideant, ad cambium capiunt eo modo quo possunt. Quo sane rationibus superius adductis sequitur, vt huiusmodi Campsores cũ proximo suo iniuste agant, & iniustũ huiusmodi lucri excessum inde perceptũ, in foro anime efficaciter restituere teneantur. Ait enim Apostolus, Hęc est enim voluntas Dei, ne quis supergrediatur, neq; circumueniat in negocio fratrem suum, quoniam vindex est dominus de omnibus his. Quòd & si authoritas hæc de circumuentione in adulterio facta cõtra proximum dicta sit, potest tamen communiter ad omnem quamcunq; circumuentionem factam contra proximũ ẽt extendi. Hoc idem dicendum est de numulariis illis, qui suas dant pecunias magnis dominis, vel agentibus ꝑ eis, pacto, quòd transactis sex vel octo mensibus, alibi supra sortẽ sibi dentur quindecim vel circiter pro singulo centenario: & si adueniente solutionis termino, huiuscemodi pecunię sibi non soluerentur, ab eo tempore vltra vsq; ad completam solutionem singulis annis sibi dentur decem vel duodecim supra sortem pro singulo centenario pecunię soluendę. In hoc enim contractu, quo ad eius primam partem, capiens ad cambium nimis grauatur, nec inter præcium & rem venalem seruatur æqualitas iustitię commutatiuę, vt satis clare patet. Nec huiusmodi contractus fit, vt fieri deberet, pro cõmuni emptoris videlicet & vẽditoris vtilitate, & ita iniustus: quo fit vt huiusmodi numularii in foro animę ad iniustum huiusmodi lucri excessum restituendum efficaciter teneãtur, sicut & in quodã nostro alio tractatulo super hac re diffusius diximus. Est etiã, quo ad hãc primam partem, tacite vsurarius, vt facile deduci potest ex. c. in ciuitate, & .c. nauiganti, rub. de vsuris. quia videlicet campsor ratiõe anticipate solutionis quæ in se mutuum implicite

1. Thes.c.4.

continet

continet, minori emit precio pecunias sibi alibi post sex vel octo menses assignandas: centum enim scuti existēti Genuæ, longe minus valent, q̄ centum quindecim Neapoli, aut Romę, aut Florentię modo, vt ait Panhor. super cap. nauiganti, titulo de vsuris. Licet in hoc contractu, quo ad formam contractus, non sit vsura, est tamen in eo quo ad intētionem deprauatam emptoris: quia ius fingit, perinde ac si emptor prius emeret rem siue pecuniā sibi assignandam iusto precio, deinde precium illud siue pecuniam illam mutuaret illi venditori vsq; ad tempus consignationis rei empte, & occasione huius mutui recipiat illud lucrum, quod est vltra veram ęstimationem rei venditæ, quod est vsura. Et si dicatur, quòd tali domino sic placet accipere pecunias ad cambium cū tali ac tāto suo interesse, quoniam (vt ab ipsis campsoribus dicitur) ipse dominus, siue agētes pro eo, quādoq; dicūt, vel dicit se sponte & libere donare ipsis campsoribus, si qd ab eo supra ęquitatem & iustitiam recipiunt. Ad quod sane dicendum est, quòd huiuscemodi fictæ & fuccatæ simulationes, siue paliationes, in foro cōscientiæ & coram Christi tribunali nihil proderunt; quia vltra peccatum, in quod ipsi campsores sic emendo vel mutuando ipso facto incurrunt; in foro conscientiæ ad iniustum huiusmodi lucri excessum restituendū efficaciter tenentur, quoniam vt quilibet nō infectus cupiditate, facile cognoscere potest, ipse dominus neq; sponte neque libere, sed necessario & coacte, quatenus videlicet inueniat sibi ad cambium dantes siue mutuantes pecunias, huiusmodi donationes dicit se libere facere: si enim non præsumitur neminem velle donari suum, quanto minus pręsumendum est hoc sponte & libere fieri à dominis vndiq; pecuniis summopere exhaustis, & qui ferè omnes suos redditus & regalia iura habent iam obligata campsoribus, & qui ob eorum maxima & ferè continua bella, variis atq; inexcogitatis in dies adinuentionibus q̄ plurimis ac intollerabilibus in suos subditos (quos plus q̄ campsores diligere tenentur) grauaminibus ad extorquendas pecunias coguntur inuenire. Si enim nemo in necessitatibus cōstitutus liberalis existit. l. rem legatā. ff. de adimen. lega. & glo. in versic. liberaliter in. c. relatum. rub. de preben. quanto minus

1. ratio.

2.

mus liberalis existit ille dominus, qui in tot & tam maximis necessitatibus cōstitutus est, præsertim in donatione, vel relaxatione tam ingentis pecuniarum summæ, ad quam ascendunt eius damna, ob huiusmodi & sibi similium cambiorū vel cōtractuū multitudinem ac magnitudinem, præsertim erga mercatores, & forte quosdam quos ipse nunq̄ nouit neq; noscet? quare non libere neq; sponte, sed necessario & coacte dicit se libere donare, quatenus videlicet inuenire possit campsores qui ei mutuēt aut dent pecunias, quibus pecuniis ipse, aut alios
3. inuadere, aut saltem terras suas ab hostibus tueri possit. Quod etiam satis clare cognosci potest ex hoc quod ipse vel agentes pro eo, initio contractus, quātū sciunt & possunt, subtiliant ac imminuunt de precio cambiorum, & aliorum contractuū cum campsoribus ipsis, reducendo videlicet cambia & alios
4. cōtractus ad illud minus interesse, quo possunt. Præterea donatio liberaliter facta non fit ipsorum contrahentium cōuentione & pacto, neq; præcise secundum ratā alicuius obsequij facti, neq; semper fit tali vel tali præfixo tempore, sicut dicitur fieri in hoc contractu: sed fit ex donantis mera munificentia, & in ea quantitate vel summa, & eo tempore, quibus ipsi donanti placet. quibus omnibus, satis clare cognosci potest, donationem vel relaxationem illius excessus lucri, non libere & sponte ab ipso domino fieri: quare &c. Quo vero ad secūdā huius contractus partem, dico ipsam esse vsurariā: quia in rei veritate est contractus mutui, pacto habendi singulis annis supra sortem decem vel duodecim pro singulo cētenario, argumento .c. si fœneraueris 14. q. 3. & per totum &.c. consuluit. & .c. nauiganti, rub. de vsuris. Neq; huiusmodi lucrum initio contractus potest in pactum deduci ratione lucri cessantis: quia tunc non est neq; in actu neq; quasi in actu, sed solum in potentia valde remota, & potest multipliciter impediri. Amplius huiusmodi pactum de lucro sic acquirendo, vt ex contractu patet, non fit ad tempus præfixū, puta sex mensium aut vnius anni, sed ad semper, quousq; videlicet pecunia soluēda soluta fuerit: quod nullus doctor cōcedit fieri posse. similiter nec ratione damni emergentis, tale incrementum initio contractus potest in pactū deduci, nisi tale damnū emer-

gens

gens ex defectu solutionis, termino sex vel octo mensium, fa-
ciendi, sit initio contractus adeò clarum & firmũ, quod nullo
quo vis modo iuste euitari possit: & tunc dicendum esset, ꝙ
ex quo aut culpa aut defectu debitoris campsor tale damnum
incurrerit, præmonito in primis ipso debitore aut eius agẽte,
tale damnum, & non plus, posset in pactum deducere. & sic
tale incrementũ supra sortem, ratione huius damni emergen-
tis, recte accipere & exigere: quoniã hoc modo campsor ex
mutuo lucrũ non acquireret, sed tantummodo se indemnem
seruaret. quod secũdum omnes, licet. in cap. primo &. c. cõ-
questus, eo. tit. alias secus. rationibus etiã superius dictis. In-
iusti & vsurarii sunt emẽtes iura vel donatiua dominorum sibi
etiam alibi assignanda, siue actiones aliorũ quorumcunq; cre-
ditorum, si principali spe lucri ea emunt minori precio, ꝗ
deductis periculis, laboribus & expensis arbitrio bonorum &
peritorum virorum valeant.

¶ Octaua praua adinuentio ẽ illorum numulariorum: qui cũ 8.
aliis contrahentes, dicunt eis se illis suas pecunias dare ad cam-
bium pro Lugduno: huiusmodi tamen loci nomen de com-
muni consensu alicui alii propinquiori loco ficte imponunt,
Lugdunũ v; ipsi eũ nominantes, adueniente deinde tempo-
re solutionis in vera Lugdunensi ciuitate faciendę, sic contra-
hentes ad huiusmodi propinquiorem locum eodem ficto no-
mine sic ab eis nominatum se conferunt, & ibidem debitores
suis creditoribus pecunias siue valorem scutorum de marcha
eo modo soluũt, quo in vero Lugduno soluendum esset. Hu-
iuscemodi enim numularii re vera vsurarii sunt, cũ in hoc eo-
rum contractu re ipsa sit vere mutuum spe principali lucri fa-
ctum. C. plus valere debet quod agitur, per totũ. & ita ad lu-
crum inde perceptum mutuatariis efficaciter obnoxii.

¶ Nona praua adinuentio est illorũ clericorum, & multo ma- 9.
gis religiosorum, paupertatem, siue cõmunem vitam profiten-
tium, qui eorum propria industria & opera etiã realia & suap-
te natura iusta cambia exercent; tales enim cũ diuino cultui &
sacrosancti altaris mancipati ministerio sint, specialiori modo
cauere debent ne dum à malo, verum etiam secundum Apo-
stolum specialiori modo & ab omni eo quod habet speciem 1. Thes. 5.

 mali:

mali: quapropter ab ipsa negociatione abstinere tenentur, cũ ipsa negociatio suapte natura hominis mẽtem secularibus cu-ris nimis implicet, lucri cupiditatem excitet, atq; ad labiorum peccata prouocet: à quibus omnibus, & ratione diuini cultus cui mancipati sunt, & ratione ædificationis proximi, ad quam ob eorum gradum præcipue tenentur, Clerici & religiosi pe-nitus immunes esse debent. vnde Apostolus secundę ad Tim. secundo, nemo militans Deo implicat se negociis secularibus. & extra. ne cle. vel mona. per totum, ne dum negociatio pe-cuniaria, quę inter ceteras negociatiões lucri cupiditatem ho-minum mentibus præcipue excitare videtur, verum etiã & q̃ plura alia negocia & occupationes in rebus secularibus Cle-ricis & Monachis stricte interdicũtur. Diuus etiam pater Au-gustinus libro quęstionũ veteris & noui testamenti, & addu-citur Di. 88. c. fornicari. sic ait, antequam enim ecclesiasticus quis sit, licet ei negociari, facto iam, non licet. Dictum etiam Diui Hieronymi ibidem sic adducitur, di. negociatorem cle-ricum, quasi quandam pestem fuge. Verumtamen si clerici se-culares tantum, non autem religiosi, illi videlicet qui solenni voto paupertatem & communem professi sunt vitam, nõ per se ipsos in propria persona, sed tantummodo per seculares & interpositas personas, non causa proprii lucri acquirendi, sed pro opportuna & pia pauperum sibi propinquorum aut etiã miserabilium personarum subuentione, & sine quouis proxi-mi scandalo, iusta cambia, atq; etiam aliqua alia iusta negocia-rentur negocia, forte non peccarent: immo potius laudabile & pium opus forsitam laudabiliter agerent, cum etiam & san-ctos aliquos viros, ac etiã prælatos cõsimilia negocia sic exer-cuerint, vt eodem tit. cap. primo tangitur.

10 ¶ Decima praua adinuentio est illorum campsorum, qui suas aliis dant pecunias ad cambiũ pro Lugduno, quos tamen sciũt vel probabiliter credũt scutos illos de marcha, pro quibus prę-fatas pecunias dederunt, non posse Lugduni soluere vel con-signare. Huiusmodi enim cõtractus, si cessante omni alia qua-uis fraude celebretur, licet in se iustus sit, iniuste tamen cum paupere & non valente soluere contrahitur: & præfati cam-psores vsurarii sunt, vel in fraudem vsurarum faciunt, vsuram

siue

siue lucrum inde à pauperibus accipientes, & lucrum illud inde à paupere acceptũ, illi pauperi omnino restituere tenentur, cum sine causa illud acceperint, ex eo videlicet quod non est. ff. de cond. sine causa. Si verò campsor credens ipsum accipientem ad cambium posse sibi Lugduni soluere acceptam pecuniam, & etiam lucrum inde prouenturũ, bona fide ei pecunias suas credidit: quandiu huiusmodi eius bona fides durat, nõ est vsurarius censendus, nec lucrum inde perceptum restituere tenetur: sed adueniente mala fide, lucrum illud illi pauperi restituere debet, cum in extrema necessitate pauperibus teneamur etiam dare de nostro. Si vero campsor esset in probabili dubio, vtrũ scilicet pauper ille posset sibi pecunias illas Lugduni soluere vel ne? non debet se discrimini exponere. cap. iuuenis. de spons. sed aut de hoc prius certificetur, aut cesset à contractu.

11 ¶ Vndecima praua affectio & adinuentio est illorũ numulariorum, qui suas ad cambiũ dant pecunias alicui, quem sciunt aut probabiliter credunt esse prodigum, & huiusmodi pecuniis in ludis, luxu, illecebris deliciis, lasciuiis, enormibus pompis, comessationibus, ebrietatibus, & huiusmodi malis operibus abusurũ. Hi enim numularii sic suas dantes pecunias male agunt, quia secundum Apostolũ nõ solum digni sunt morte Rom. 1. qui tali agunt opera, sed etiam qui consentiunt facientibus. Cũ autem suas dantes pecunias hominibus sic prodigis non solũ consentiant, verum etiam magnam eis occasionem offerãt eas dilapidandi & prodigẽdi in malos vsus, inde aliquid lucri percipere non debent. Hoc idem dicendum esset, si quispiam ad cambium suas daret pecunias furioso vel insano, cum furiosis & insanis de rebus etiam eorum propriis administratio quàm sępius interdicatur. Hoc idem dicendum esset, si huiusmodi campsores suas ad cambiũ pro Lugduno darent pecunias illis quos scirent vel probabiliter crederent; illas deinde ad extorquendas ab aliis, puta magnis dominis, magnas vsuras, seu iniusta lucra, puta viginti aut vigintiquinq; supra sortem singulo anno pro singulo centenario, exposituros, cum enim, iubente domino, teneamur proximum nostrum, sicut nos ipsos Matt. 22. diligere, ac de proximo nostro curam habere, non recte, sed

male agerent hi qui modum & cõmoditatem fœnerãdi ac ma-
le agendi in magnum sui proximi damnum, & eternam animi
damnationẽ scienter subministrarent, imo potius sicut in hoc
.§. dictum est, nõ lucro, sed æterno damno digni essent, cum
proximo suo mortifera perpetrandi opera fomitem suggere-
rẽt. Omitto si qs campsor suas ad cambiũ daret pecunias filiis-
familia's, mulieribus, seruis, &c. cũ hoc q̃ rarissime cõtingat.

12. ¶Duodecima praua adinuentio est illorum numulariorũ, qui
suas ad cambium vel quo vis alio titulo aut ficto nomine, dant
pecunias dominis & principibus, quos sciunt, aut probabili-
ter credunt in iniustis, ne dicam impiissimis truculentissimisq;
bellis, aduersus Christi fideles, eos opprimendo, depopulan-
do, deuastando, occidendo, eas expositurOs. Hi enim numu-
larii sic suas dantes pecunias, quàm grauissime peccant, cum
eorum pecuniis sic ad Cambium datis, sint occasio innu-
merabilium & grauissimorum malorum. quo sane fit, vt
inde ne dum lucrum percipere non possint, verũ etiam & ad
arbitrium boni viri, ad omnium quorumcunq; malorũ, dam-
norum, depopulationũ, deuastationũ, mortiumq; inde pro-
cedẽtiũ satisfactionem in foro animę sint efficaciter inducen-
di. Taceo, modestiæ causa, quid dicendum esset de numula-
riis illis, qui suas ad cambium, aut quo vis alio titulo, darent
pecunias principibus temporalibus, quicũq; fuerint illi, quos
probabiliter crederent huiusmodi pecuniis in iniustis aduer-
sus Christi fideles bellis, aduocatis secum ad id etiam infideliũ
armis, non sine maximo Christianæ Reipublicę damno, &
euersione, atq; Christiani nominis dedecore, clam vel palam
Hiere. 17. quouis modo vsuros, vel potius abusuros. ¶Quãuis enim
hominis cor vndiq; prauũ sit & inscrutabile, variosq; & innu-
merabiles in se reconditos habeat recessus, ex his tamen quæ
hactenus super hoc cambiorum negocio scripta sunt, quantũ
ego perspicere potui, satis luculenter apparet, quot & quibus
hominũ prauis affectionibus & adinuentionibus Lugdunen-
se aut Bezenzonense cambiũ deprauari possit. Quod si forte
his nostris rappacissimis temporibus aliquę aliæ praue adin-
uentiones adinuentę sint, aut, quod absit, crescente hominum
malitia, in posterum adinueniãtur: illæ sane aut ad aliquã ista-

rum,

rum, quæ iam enarratæ sunt, reducibiles erunt: aut p ea quæ iam dicta sunt, & hic inferius dicentur, illarum adinuentionũ fraudulentę fallaciæ facile dignosci dissoluiq; poterunt: quas sane fallaces & fraudulentes hominũ adinuentiones supernus dominus diuina sua pietate ab eorũ cordibus penitus aufferre dignetur, ne (quod absit) ob nimiam ipsorum hominum cupiditatem, ipse dominus eos à facie sua proiiciat, atq; de eis sicut de illis insatiabilibus Iudæis dicat, Dimisi eos secundũ desideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus suis. Atq; subinde, vt per suum Prophetam dixit, q̃ iustissime det eis iuxta fructum adinuentionum suarum. Omitto temporales pœnas, quibus manifeste vsurarii ipso iure plectendi sunt. Omitto qd dicendum sit de illis, qui aliorum nomine dant aut accipiunt ad vsuram. Omitto horum fœneraticiorum cõtractuum mediatores siue prosonetas, & notarios quoscũq;, qui eorundem contractuum publica cõficiunt instrumenta, atq; huiusmodi contractuum siue eorundem instrumentorũ testes, eosq; etiã qui vsurarũ schedulas subscribunt, aut ipsis vsurariis atq; vsurarum prauitatibus cõsiliũ, auxilium, vel fauorem quouismodo prǽstare nõ verentur. Omitto similiter eos, qui comedendo, vestiẽdo, imbursando, vel quouis alio modo accipiendo de vsuris, scienter vel probabili opinione participant.

Psal. 80.

Hiere. 17

Hæc enim & similia, quantum ad præsens spectat, ad propositum quæsitum non necessario requiruntur. Hæc itaq;, quo ad primam huius tractatus partem, dicta sufficiant.

Cap. primum, quòd ars campſoria recte ordinata, honeſta & laudabilis, ac digna ſit præmio.

ENarrata & diſcuſſa natura & qualitate artis campſoriæ, vt mere ſolum inuenta & vſitata ad ipſius campſoris priuatũ commodum & lucrum, ac etiam enumeratis & explanatis ipſorum campſorum ea ſic vtentium prauis adinuẽtionibus, cõſequens eſt, vt in hac ſecunda huius Tractatuli parte, de ipſa arte campſoria, quatenus œconomicæ & politicæ deſeruit, ac de recto ipſorum campſorum ea ſic vtentiũ vſu dicamus. Dico igitur primò quòd ars campſoria vt œconomicæ & politicæ deſeruit, ſiue vt ad publicum in primis,& ſubinde ad condecẽs ipſorum campſorum priuatũ bonum, ſaltem tacita intentione, ordinatur, eſt honeſta & laudabilis, ac digna præ-
1.ratio. mio. Hæc propoſitio ſic declaratur. Primò, quia ars campſoria hoc modo ſumpta, eſt expers illarum conditionum, quibus à Philoſopho improbatur. ergo &c. Neq; enim ipſa ars campſoria ex hoc ſolo,quòd vtatur pecunia quo ad eius vſum ſecundarium, videlicet venditionem, ex parte capientium ad cambium, reprehenſibilis eſſe debet: cũ & calcearius, & birrectarius, & quicunq; alii artifices, bono publico & priuato recte deſeruientes, non ſint reprehenſibiles, imo ſint laudabiles, & eorum artificiis digni competenti lucro,quum eorũ artificialia aliis vendunt; & tamen, vt patet tunc, vt ſic, ſuis artificialibus, non quo ad eorum primarium, ſed ſecundarium vſum vtuntur: & hoc quia huiuſmodi artes ſic vendendo eorum artificialia ad publicum in primis, & ſubinde ad condecens ipſius artificis priuatum bonum recte ordinantur: quapropter & ipſe campſor, cum recte dando ſuas pecunias ad cambium, bono publico & priuato recte deſeruiat, honeſte laudandus, & competenti ſuæ induſtriæ præmio dignus habẽdus eſt. Secus autem, ſi ipſe ipſa arte, vt pure campſoria eſt, & vt adinuenta & uſitata ſolum, quãtum ex ipſo campſore eſt, ad priuatum & proprium ipſius campſoris commodum vteretur. Hoc enim modo ipſa ars campſoria habet illas tres cõ-

ditiones

ditiones simul quibus, vt sic, ab ipso philosopho reprehēditur: quare &c. Secūdo principaliter sic, Ipsa ars campsoria hoc modo sumpta, vt ex propositionis propositæ terminis patet, ad honestum & laudabilem finem recte ordinatur: & quoniā à suo fine omnia denominari debent, consequens est, vt ipsa honesta & laudabilis ac digna sit præmio. Hoc idem in cambio reali tantum, quod, vt superius declaratum est, etiam cambiura ad minutum vocatur, clarius constat: in eo enim, cessante omni fraude, campsor secundum omnes doct. iuste & laudabiliter pro sua industria, labore, & interesse, aliquid moderate inde lucrari potest: & hoc quia bono publico & priuato recte deseruit. cum autem campsor qui per literas suas dat pecunias ad cambiū pro variis & multis terrarū locis vt sic, longe magis quàm campsor ad minutū, bono publico vndiq; recte deseruiat, à fortiori laude & competenti præmio dignus habendus est. Accedit ad hoc, quia industriæ accedentis operi licito ratio habēda est, & aliquid mercedis dari debet. l. si heres. ff. ad legem falcidiam. sic etiam & Apostolus ait, quis militat suis stipendiis vnquam? & dominus in euangelio, dignus est enim operarius mercede sua. Cū autem hæc campsorū industria, in transmittendo videlicet suas pecunias ad multas & varias terrarum partes, sicut principibus, œconomis, & mercatoribus clare cōstat, sit valde vtilis, immo pro humanæ vitæ rebus necessariis comparandis, & ciuitatum commoditatibus prouidendis, multū necessaria, & ita ad licitū opus multū accedens, cōsequens est, vt & ipsi campsores huiuscemodi suę industriæ aliqd lucri arbitrio boni viri recte cōsequi possint.

2. ratio.

3. ratio.

4. ratio.

1. cor. 9.

Luc. 10.

Cap. secūdum. Quo tempore cambia realia per literas recte celebrari possint.

Et quoniam omnibus in rebus modus & ordo seruandus est, notandū quòd sicut mercatores de rebus ad vitam & cōmodū necessariis, regnis, prouinciis, ciuitatibus, locis, familiis, & priuatis personis, cōmuniter toto anno negociando prouident: ita congruum fuit, vt & ipsi campsores siue numularii, suarū pecuniarū cōmutationibus, huic bono publico & ipsis mercatoribus deseruientes, toto etiā anno, statutis tamen temporibus,

ribus, & æqua lance, suas pecunias ad cambium ipsis merca-
toribus dare possint, quatenus ipsæ res ad publicum & priua-
tum cōmodū vtiles ac potius necessariæ ab ipsis & quibuscūq;
aliis vbiq; locorū commode emi & vendi possint, cum ipsæ
Cap. 5. pecuniæ, teste Philosopho, primo & secundo Pol. & .5. Eth.
Cap. 7. ad hæc & similia comparāda inuentæ & designatæ sint. Hinc
Cap. 5. factum est, quòd singulus quisq; annus, iuxta quatuor natura-
lia anni tēpora, in quatuor distinctus fuerit nūdinas, in nun-
dinas videlicet apparitionis, paschatis, augusti, & omniū san-
ctorum. In quibus sane nundinis, statuto tamen & præfixo
tempore, post q̄ videlicet clausæ & missæ fuerint literæ cam-
biorum præcedentium nundinarum, & antequā claudantur
literæ cambiorum nundinarum sequētium, cuilibet (vt decet),
liceat dare, & accipere pecunias ad cambium, ꝑ nundinis vi-
delicet illis duntaxat tunc immediate sequentibus.

Cap. tertium, Quòd nundinæ & cambia in iudicio & extra,
rata & firma sunt.

Huiusmodi autem statutum siue cōsuetudo de huiusmodi nun-
dinis, & omnibus aliis quibuscunq;, quæ in eis recte gerenda
sūnt, vt rata & firma, sicut decet, in iudicio, & extra, apud om-
nes quoscunq; vbiq; locorū habeantur, omissis breuitatis gra-
tia multis & variis legum allegationibus, aliquo bono fine, nō
affectu & arbitrio singulorū, sed cōmuni omnium (vt decet)
consensu, accedente ad id etiā Principis authoritate, non per
errorem, sed ex certa scientia, ac diuturnitate temporis insti-
tuenda, ordinanda, cōprobādaq; esse oportuit. Et hoc mo-
do huiusmodi consuetudo vim legis habet, cum ipsa cōsuetu-
do, de qua modo nobis ē sermo, sit ius quoddā moribus insti-
tutum, quod pro lege suscipitur. di prima cap. consuetudo.
Cum autem omnia hæc & singula in hac huiusmodi nundi-
narum institutione, ac distintione, ac in rebus omnibus & sin-
gulis, in eis ad id peragendis, vt in hac arte campsoria peritis
constat, clare reperiantur; clare sequitur, vt huiusmodi insti-
tutio siue consuetudo, ac omnia alia & singula, quæ, cessante
omni quauis fraude, & quouis dolo in huiusmodi nūdinis sic
institutis & ordinatis, peraguntur in iudicio & extra iudiciū,
apud

apud omnes quoscunque vbique locorũ rata & firma sint habẽda.

Cap. quartum, Quòd Lugdunen. siue Bezenzonen. cambia, vera & realia cambia per literas dicenda sint.

Hæc autem cambia, puta hic Genuæ celebrata pro Lugduno, aut Bezenzono, cessantibus omnibus superius dictis fraudibus, celebrata, vera & realia cambia per literas dicenda sunt. Hoc aũt sic ostenditur. Primo quidẽ, quoniam diffinitio veri cambii realis per literas sibi competit, ergo &c. consequentia nota, & antecedẽs probatur sic, Diffinitio enim veri cambii realis per literas, secundũ oẽs Doctores qui de hac re loquuntur, est cõmutatio vnius generis in aliud genus numismatum, & cõfectis & alio missis huius commutationis literis pro cõsignando illo alio numismatum genere. Hæc aũt omnia & singula huiusmodi Lugdunen. aut Bezenzonen. cambio cõueniunt: hic enim Genuæ, vbi contractus celebratur, dantur à campsore ipsi venditori pecuniæ, quæ cum sint præsentes, vt sic, non subsunt periculis, neque laboribus, neque expensis. Lugduni vero à capiente ad cambiũ soluũtur campsori pecuniæ, quæ ratione distantiæ localis, vt sic, subsunt periculis, laboribus, & expẽsis. quare, vt sic, à datis à campsore pecuniis, saltem (vt ita dixerim) extrinsece, genere differũt. Differũt et aliquo modo & intrinsece: quoniã hic Genuæ à campsore pecunię vnius tantum generis, puta scutorũ tantũ in auro soluuntur: Lugduni vero à capiente ad cambiũ pecunię cõmuniter triũ generũ assignabuntur, scutorũ videlicet aureorum, monetarũ argenteaꝝ, & parpagiolarũ: quare & intrinsece genere differunt. Insuper de huiusmodi numismatũ cõmutatione, vt ex iã dictis patere potest, libere sunt cõficiẽdę Genuæ, & deinde Lugdunũ mittendæ, vt huiusmodi numismatũ cõmutatio suum (vt decet) sortiatur effectũ. diffinitio ergo veri cambii realis per literas, Lugdunensi siue Bezenzoni si cambio competit, quare &c. 1. ratio.

¶ Secundo hoc idem ostenditur sic. secundũ enim Doct. qui de hac re loquũtur, cũ quis habens puta Genuæ pecuniã, dat eã campsori, vt suis literis faciat eam vel aliã eiusdẽ generis intrinsece Romæ, vel Neapoli sibi vel alteri consignari: verum 2.

D & reale

& reale cambiũ per literas censetur. igitur à fortiori hoc idem erit cambiũ Lugdunen. aut Bezen. hic Genuæ (vt dictũ est) celebratũ, cũ & inter datã & receptã pecuniã, regnorũ diuersitas, & numismatũ maior varietas in eo reperiatur: quare & c. dicitur aũt cambiũ per literas, quæ in hoc cambii genere requiruntur, quatenus (sicut dictum est) pecuniæ Lugduni cõsignandæ, efficaciter soluantur: ad differentiã cãbii minuti, in quo; qa idẽ ẽ locus cõmutãdarũ pecuniarũ, nõ requirũtur literę, sed tantummodo pecuniarũ effectualis & iusta cõmutatio

Cap. quintum. Qualis contractus cambium Lugdunen. nuncupari possit.

Vt autem cognoscatur qualis cõtrãctus ex cõtractibus nominatis sit in huiusmodi Lugdunensi cambio, dicendũ est quòd loquẽdo de cõtractibus nominatis, quos possemus imaginari esse in hoc cambio, nõ potest esse cõtractus locationis operũ ex parte campsoris, quia campsor nõ suscipit aliquã pecuniarum summã transuehendam, sed illã potius transuehit capiens ad cambiũ, quoniã à campsore accipit pecunias Genuæ, & eas deinde reddit Lugduni. Nec similiter potest esse contractus permutationis proprie, si pecunia reddẽda (vt cõmuniter cõtingit) sit futura; quia præsentis ad futurũ, sicut & certi ad incertũ, non est permutatio proprie. C. de re. perm. l. 1. & in glo. quæ allegat l. quoniam, eodem tit. vbi sic sentiunt Bar. & Bal. si tamen vtraq; pecunia, danda s. & recipienda siue reddenda, esset præsens tempore, posset fieri in ea permutatio, etiam si esset omnino eiusdem generis intrinsice, puta omnes scuti aurei: immo etiam si esset eadem numero, quia quæ redderetur (vt diximus) esset affecta qualitate distantiæ localis, & ita, vt redduceretur ad locum, in quo à campsore prius data fuit, esset subiecta periculis, laboribus, & expensis, & sic esset aliquò modo alia. Verũ quia raro est pręsentia vtriusq; pecuniæ, raro est ibi permutatio: & si quãdoq; ibi esset, de ipsa iudicandũ esset, sicut & de contractu, quem in hoc cambio esse demonstrabimus. Nec etiam est ibi contractus mutui ex parte capientis ad cambium: quia capiens ad cambiũ nõ dat primo,

& po-

& postea recipit, vt fit in mutuo: sed ecõtrario, quia primo recipit, & postea dat Similiter etiã non est ibi proprie mutuũ ex parte campsoris, licet ipse campsor primo det, & postea re- 1. ratio
cipiat. Primo quia in mutuo secunda acceptio fit post primã ratione tẽporis, in quo accipiens mutuũ indiget illo: hic aũt proprie fit rõne distantiæ locorũ, in quibus datur & recipitur pecunia: datur enim puta hic Genuæ, & deinde recipitur Lugduni aut Bezenzoni, etiam si tempus inter prius datam, & deinde receptam pecuniã, sit aliquãtulũ maius, q̃ hæc distantia requirat: quia huiusmodi tempus ad arbitriũ bonorũ datur ad debitã & cõuenientem cõmoditatem restituentiũ siue mercatorũ, qbus (vt diximus) ipsa ars campsoria pro cõmuni bono in primis, & subinde (vt decet) priuato deseruit, ipsi aũt mercatores cõmuniter nõ possunt confectis cambii literis, statim equũ conscendere, & Lugdunũ proficisci, aut eò aliquem alium mittere, vel merces suas statim distrahere, vt pecunias 2.
inde acceptas campsori Lugduni respondeant. Secundo non est hic mutuũ, quia in mutuo pecunia restituenda (per se loquendo) debet esse eiusdem generis cũ pecunia mutuata, quia recipiens mutuũ obligatur ad tantũdem in eodem genere: vt si mutuaui tibi ducatos aureos, teneris mihi restituere ducatos aureos: si monetam argenteã, monetam argẽteam: si æream, æream. l. Paulus. ff. de sol. adeo quòd si cõueniatur vt res data restituatur in alio genere, puta grossi pro ducatis, vel vinũ pro tritico, non est proprie mutuũ, sed cõtractus innominatus. l. ij. in princ. §. 1. ff. si certũ petatur. In hoc aũt cambio Lugdunensi pecunia restituẽda, vt cap. præcedẽte diximus, duobus modis ẽ alterius gñis à pecunia data à campsore: quare &c. Tertio mutuans (per se loquendo) non subiacet alicui pe- 3.
riculo in sorte mutuata, quia (vt dictum est) mutuatarius tenetur mutuanti ad tantundem in eodem genere, quia est debitor generis: genus autem perire non potest. l. in ratione. §. verum. ff. ad l. falcidiã. Sed in Lugdunensi cambio Campsor subiacet periculo in sorte data: antequam enim pecuniæ reuertãtur Genuã, vbi primo à campsore ad cambiũ datæ sunt, & si valde raro, quandoq; tamen, vt experientia testatur, cõtingit quod campsor damnum patiatur in sorte, habita aliquali

temporis moderatione.

4. ¶Quarto mutuans pecunias suas absolute loquendo, potest eas à debitore quouis tẽpore repetere. l. quod dicimus. de solutiõibus. § omnes. & glo. ver. dub. institut. de verbo. obli. Dans aũt pecunias suas ad cambium, non potest eas ante tempus ad solutiones cambiorũ designatum repetere, quapropter non est cõtractus mutui. Dico igitur (saluo semper sanioris iudicio) huiusmodi Lugdunense aut Bezenzonense cambium non esse contractum mutui, sed esse contractum emptionis & venditionis, emptione videlicet se tenente ex parte campsoris, venditione vero ex parte capientis ad cambiũ: pecunia enim, quæ datur à campsore puta Genuæ, se habet vt preciũ: quæ vero Lugduni aut Bezenzoni à capiente ad cambiũ cõsignanda est, vt stat sub illa distantia localis, se habet vt res venalis.

Quòd sit contractus emptionis et vẽditionis.

Pecunia enim non solum vendi & emi potest, vt est purum aurum vel argẽtum, eo videlicet modo quo venditur, & per se, pro auro vel argento fracto: verũ etiam vendi & emi potest, in quantũ pecunia, quamuis non per se, sed per accidens, idest per aliud, videlicet gratia suæ materiæ puta auri, vel argenti, ex quo cõflata est. quod qdẽ à simili sic astrui potest.

Pecunia duobus modis vendibilis est.

Quòd pecunia vt pecunia sit vendibilis.

1. ratio. Quemadmodum enim ex Philosopho primo Pol. cõstat, ipsa re artificiali, quatenus artificialis est, duobus modis vti possumus. *Cap. 6.* Vno quidẽ modo, quo ad eius propriũ & principalem vsum, q est is, ad quem ipsa res artificialis, vt sic artificialis est, primo & principaliter ordinatur. Alio vero modo, quo ad eius cõmunem & secundarium vsum, qui est omnis eius vsus alius à primo, ad quem tamen ipsa res artificialis, in quantũ talis est, cõmuniter & secundario ordinari potest. exempli gratia, ipso calceo vti possumus dupliciter, videlicet quo ad eius propriũ & principalẽ vsum, qui est calciatio, ad quam (vt sic) primo ordinatur, ob calciationem enim calceus primo inuentus est: & etiã quo ad eius cõmunẽ & secundariũ vsum, puta emptionem & venditionẽ, quæ tamen emptio & venditio etiã cõpetit calceo in quantũ calceus est, emitur enim & venditur calceus, non solũ pro puro corio aut panno laneo vel serico, verum etiam & inquantum calceus est, licet ipse calceus nõ ad emptionem & venditionem, sed ad calciationẽ primo & pro-

prie

prie sit ordinatus: primus enim vsus cōpetit calceo per se simpliciter & absolute inquantum calceus est, secundus vero .s. emptio & venditio cōpetit calceo, etiam in quantū calceus est, sed non simpliciter & absolute, sed per accidens, idest p aliud gratia .s. suæ materiæ, in quantū videlicet calceus est de corio, vel de pāno laneo aut serico. Hoc idē & de qualibet alia re artificiali dici potest, quòd .s. ea vti possumus, & quo ad eius primū & propriū vsum, ad quem videlicet primo & proprie ordinatur: & quo ad emptionē & vēditionē, ad quā etiā, vt talis rei artificialis, cōmuniter & secūdario ordinatur. Cū autem & ipsa pecunia, vt pecunia est, qd artificiale sit, ea (vt sic) vti possumus dupliciter. Primo quidē, quo ad eius vsum propriū & principalem, qui simpliciter & absolute cōpetit ei, vt pecunia est: & hic est, vt ex statuto legis sit valor siue precium rerū venaliū. Ad hoc enim ipsa pecunia (vt sic) primo adinuēta & ordinata ē, vt habetur primo Poli. & .8 Ethi. & ipsa (vt sic) formaliter & absolute est omnino inuendibilis: quia sicut albedo non potest esse alba, sed est id quo aliquid formaliter est album, ita valor siue precium non potest appreciari, sed est id quo alia appreciantur, seu est regula appreciandi. & ad hunc sensum intelligendi sunt Doct. quum dicūt pecuniā esse omnino inuendibilem. Secundo autem modo vti possumus pecunia, quo ad eius vsum communem & secundarium, alium videlicet à primo; qui tamen cōpetit ei, etiam vt pecunia, non tamen simpliciter & absolute, sed per accidēs, idest per aliud, videlicet gratia suæ materiæ, vt videlicet ē valor in tali vel tali materia, puta auro vel argento, ex quo ipsa pecunia conflata est. & ipsa (vt sic) sicut & de calceo dictum est, gratia suę materię emi & vēdi ac appreciari potest. Et, vt formaliter arguatur, dicatur sic, Omnis res artificialis, vt artificialis est, gratia suæ materiæ emi & vendi potest: sed pecunia, vt pecunia, est res artificialis, vt artificialis est: ergo pecunia, vt pecunia, gratia suæ materię emi & vēdi potest. Minor de se ē nota, & Maior patet ex declaratione à simili facta, & etiam inductiue discurrendo p singula artificialia: quare &c. Tres ergo propositiones habitæ sunt de ipsa pecunia, quarum vna est, quòd si sumatur pecunia vt ex legis statuto, est simpliciter valor siue

Cap. 6.

Cap. 14.

Quomodo pecunia sit omnino inuendibilis.

Rō formalis.

precium rerum venalium, est omnino inuendibilis. Secunda est ꝙ si pure sumatur pro auro vel argento fracto, est vendibilis per se. Tertia, si sumatur, vt pecunia ē ex tali vel tali materia, est vendibilis per accidens, idest per aliud, gratia .s. suę
2. materiæ. Secundo, hoc idem sic astruitur. Secũdũ enim Phi
Cap.7. losophum primo Pol. per argumentum à cõtrario clare elici potest, quòd supposita ipsius artis campsoriæ, honestate finis, sicut & modi in hac parte supponimus, licitum sit lucrari, cõmutando pecuniam cũ pecunia: quod sane sub eodem principe esse non posset, si ipsa pecunia semper daretur & acciperetur solum secundum valorem legalem, cũ sub eodem principe valor pecuniarum legalis idem sit: opus est igitur secũdũ mentem Philosophi, quòd ipsa pecunia ex altera parte rationem rei venalis habere possit, & ita sit vẽdibilis: ex altera vero, rationem precii. Tertio sic, Philosophus primo Pol. ex
3.
Cap.6. presse vult, quòd quis possit vti pecunia aliter quàm vt precio rerũ venalium, & ibi dat exemplum à simili superius positum de calceo. quapropter quis potest vti pecunia vt re venali, quia omnis res corporalis vtibilis homini, est aut preciũ aut appreciabile. Quarto sic, omne id quod cũ lucro recte dari potest
4. ad locationem, potest etiã emi & vendi. Hęc propositio ē per se nota, cum omne tale sit pecunia æstimabile, sed pecunia est huiusmodi. hæc minor ē Abb. in prol. titulo de vsuris, ac etiã & Diui Thomæ .D. Egidii Romani. D Archie. Flo. & omnium summistarũ. quare &c. Illud itaq; dictum Diui Ambrosij, quod adducitur Dist. 47. c. sicut, qđ videlicet ex pecunia, pecunia non nascitur, intelligendũ est in contractu mutui, vt ex ipsius met diui Ambrosij verbis clare elici potest: in mutui enim contractu cõmittuntur vsurę, vt habetur rub. de vsuris .c. consuluit &. 14.q.3. per totũ. Quinto sic, omne id quod potest æstimari maiori vel minori precio ē vendibile, sed ipsa pecunia est huiusmodi, ergo &c. maior enim suis terminis patet, minor vero clare habetur rub. de censibus. c. olim causam, et .c. cum canonicis, facit. l. quoniã C. de rerũ permut. l. permutationem. consequens est igitur vt ipsa pecunia, eo modo quo dictum est, emi & vendi possit, & ita in contractu cambii Lugdunen. aut Bezenzonen. potest esse contractus emptionis &

vendi-

venditionis, emptione videlicet se tenente ex parte campsoris, venditione vero ex parte capientis ad cambium.

Cap. sextum, Quod pecuniæ vt loco distantes minus valeant quàm vt præsentes.

Et quoniam, vt superius dictum est, vt contractus emptionis & venditionis iuste fiat, inter precium & rem venalem æqualitas seruanda est: vt huiusmodi æqualitas in ipsa numismatum cõmutatione clarius cognoscatur, notandũ est, quòd si campsor Genuæ emens pecunias, sibi Lugduni consignandas, soluit preciũ Genuæ, pecuniæ illæ siue scuti illi de marcha Lugduni consignandi, ipsi campsori Genuæ existenti, per se loquendo, minus valent, quàm si sibi Genuæ assignarẽtur, quia per se loquendo, res loco distans, minus valet emptori: quàm præsens. Hoc enim clare patet inductiue in omnibus, discurrendo per singula. Alia ratio est, quia res subiecta periculis, laboribus, & expensis, minus valet, quàm ipsa eadem ab huiusmodi oneribus libera, sed pecunia loco distans emptori, ad hoc vt ad ipsum transuehatur, p se loquẽdo, subest periculis, laboribus & expensis, igitur ipsa pecunia, vt sic, ipsi campsori minus valet, quàm si ipsa esset præsens, atq; ab huiusmodi oneribus libera. maior est per se nota, similiter etiam & minor. Tertio hoc idẽ sic astrui potest, In cambiis enim illis realibus quæ alias communiter fieri solebant, quum videlicet quispiam negociandi gratia, volebat ad alium locum se transferre, suas campsori dabat pecunias, vt ipse campsor suis literis pecunias illas illo in loco ei consignari faceret, secundum omnes Doct. qui de hac re hactenus scripserunt, ipse campsor sic assignari faciens pecunias illas, aliquid lucri inde iuste lucrari poterat, quia .s. hoc modo illarum pecuniarum causa secum cõtrahentis, translatoris vicem gerebat, & in huiusmodi translatione, per se loquendo, pericula, labores & expẽsas subibat. Nec huic rei obstaret, si campsor puta Genuen. haberet fratrem, aut factorem illo in loco habentem illas pecunias. Neq; etiã obstaret, si omnino erat illo in loco tantam pecuniarum summam pro aliis suis negociis expensurus, & ad locum illum missurus. Hæc enim omnia per accidens se habent ad naturã

1. ratio. *2.* *3:* *Responsio ad tacitam obiectionem.*

cõtractus,

contractus, in cuius æqualitate consistit iustitia, qd enim attinet ad naturam contractus ipsius cõmutationis, in qua æqualitas rei ad rem esse oportet, si ex ipsius campsoris industria, aut casu, ipse in diuersis locis consanguineos habet, aut ministros, siue pro eo agentes, forte gratis inuenit, & exinde viarum, ministrorumq; expensas lucrando diues fiat? modo tamen ponderatis rerũ cõditionibus, æqua lance fiat cõmutatio? his igitur rõnibus satis clare cuilibet cõstare põt, quod pecunię loco distantes ꝑ se loquẽdo (vt sic) minus valẽt quã pręsentes.

Cap. septimum, Quod cessante omni fraude cambia Lugdunen. siue Bezenzonen. recte celebrantur

Ex his omnibus cõiunctim sequitur responsio pro altera parte ad propositũ, quæsitum, & est altera conclusio principaliter intenta, quæ talis est: Cambia Lugdunen. siue Bezenzonen. cessante omni quauis fraude ac praua adinuentione, de qua supra, recte celebrari possunt. Hæc conclusio ex prædictis primo probatur sic. In huiusmodi cambiis sic celebratis, est contractus emptionis & vẽditionis, & nulla quæuis fraus aut praua adinuentio, de qbus supra, in eis intercedit: ergo, vt sic, recte celebrari possunt, Antecedens quo ad eius primã partẽ, patet cap. 5. huius. quo vero ad secũdã, ẽt patet ex supposito: cõsequentia vero, si recte põderẽtur & penitus excludãtur oẽs quæcũq; prauę adinuẽtiones q̃ in prima parte huius tractatus enarratæ sunt, sicut & in hac cõclusiõe nostra excludũtur, secũdũ doctrinã tam Theologoꝝ quã canonistaꝝ, admittẽda ẽ.

Altera cõclusio principaliter intenta.

1. ratio.

.2 Secundo sic, in istis cambiis sic celebratis, arbitrio bonorũ & peritorũ virorũ, seruatur æqualitas iustitiæ cõmutatiuæ: ergo iuste fiunt. cõsequentia apud omnes est nota, & antecedẽs ex dictis in prima parte & cap. 6. huius secũdæ partis, satis liquet.

3. Tertio sic. In istis cambiis sic celebratis, pars capiens ad cambium arbitrio bonorũ & peritorũ in arte campsoria, non grauatur, & distantia temporis nihil lucri affert: ergo vt sic, recte celebrantur. consequẽtia apud omnes Doct. de materia cambiorum loquentes. est nota, antecedens vero ex prædictis recte põderatis clare sequitur.

4. Quarto sic. cõmutatio numismatum facta in istis cambiis sic celebratis in primis ad bonum publicum

blicum, subinde ad beneficium tam emptoris quam venditoris recte ordinatur, ergo recte & iuste fit, antecedens ex dictis patet. consequentia vero inferri potest ex verbis Philosophi primo Pol. vbi vult, quod emptio & vēditio, vt iuste fiat, ad bonum publicum & ipsius emptoris ac venditoris beneficiū fienda est. Cap. 6. Quinto sic, in cambiis illis realibus p literas quę alias 5. fieri solebant, quādo. s. campsor suis literis curabat vt pecunię, puta hic Genuae acceptae, alio in loco puta Neapoli assignarentur secum contrahenti, vt superius dictum est, secundum omnes Doct. qui de hac re hactenus scripserūt, ipse campsor sic assignari faciēs pecunias illas aliquid lucri inde iuste lucrari poterat, quia videlicet hoc modo causa ipsius secū cōtrahentis, illarum pecuniarū translatoris vicem gerebat, & per se loquendo, in huiusmodi translatione pericula labores & expensas subibat: quam ob rem nobis dicendum est contractum hūc esse licitū & necessarium ac iure gentium & naturali rōne munitū: quia campsor pro bono cōmuni ad instantiā secū cōtrahentis subijt pericula viarum & nunciorū damna, pensiones operarum, & salaria factorum vt not. in. l. pericula. ff. de naut. fę. & l. traiectitię. ff. de act. & oblig. & l. qui Romae §. 1. & l. si hęres. ff. ad. l. falcidiam, sic igitur etiam hic à simili argui potest, puta cum petrus accipiens à campsore pecunias loco praesentes, idem campsori restituat pecunias loco & regno distantes, videlicet Lugduni, & campsor. per se loquendo, nō possit pecunias illas reducere Genuam, nisi subeat viarū pericula, nunciorum damna ac omnia & singula eadem onera, quae ab ipso Bal. de alio cambio adducuntur, qua igitur ratione etiā in hoc Lugdunen. Cambio cessante omni fraude, celebrato, sicut & in illo non potest aliquid lucrari? si enim in cambiis illis realibus in quibus campsor causa secum contrahentis, suis literis & industria transfert pecunias ab vno loco in alium locum, iuste aliquid lucratur. & plus & minus secundum maiorem & minorem locorum distantiam, qua de causa etiam in istis realibus cambiis, cessante omni fraude, celebratis, campsor causa secū cōtrahentis. suis literis & industria, transferens pecunias Lugduno Genuam, & ab vno regno in aliud regnum, nō potest etiam iuste aliquid lucrari? campsor enim exercendo cambia

 Lugdu-

Lugdunensia est ne forte peioris cōditionis, quia prius secum contrahenti dat suas pecunias & aliquo tempore vsu earū ptiuatur, quā sit campsor qui alia cambia exercebat, & prius quā suas pecunias, secum contrahenti alio in loco consignaret, ab eo accipiebat pecunias & eis aliquo tēpore poterat vti? Hoc sane nullus sani capitis admitteret. quare &c. Sexto sic, si huiusmodi pecuniarū emptio & vēditio in isto Lugdunen cambio cessante omni quauis fraude, de qua supra, nō iuste fieret, neq; etiā aliæ, quæcunq; fuerint illæ, aliarum quarūcunq; rerum emptiones aut venditiones iuste fierent, immo nec fieri possent, & sic pene tota rerum negociatio penitus tolleretur quod sane esset absurdissimum, & publico cōmodo atq; humanæ vitæ & necessitati intollerabile, ꝓbatur sequella, quoniam per iam dicta, in isto cambio sic celebrato, omnia & singula ad iniustitiā cōtractus emptionis aut venditionis facientia, vt patet, penitus tolluntur, quæ vero ad emptionis iustitiā conferunt apponuntur, si ergo emptio in hoc cambio sic celebrato, non iuste fit, nec etiā emptiones aut venditiones omnium aliarum quarumcunq; rerū quouis modo iuste fieri possent, & quia hoc ē absurdissimum & intollerabile, ergo illud ex quo sequitur; qua propter ex his rationibus nobis dicendū videtur, quod cambium Lugdunen. siue Bezenzonen. cessante omni quauis fraude de qua supra, recte ac iuste celebrari possit. Huius opinionis est Bal. in rub. C. de consti. pecu. & in quæstione per eū disputata, quæ dicit statuto cauetur, quod fænerator, in prin. & Archi. 14. q. 3. c. primo ac Saly. in auc. ad hæc in 11. q. c. de vsuris. & Ioannes de Ana. in cap. nauiganti. de vsuris. & Io. Cal. in consilio 11. posito sub rubrica de vsuris &. D. Alex. Imol. in consilio 61. in. 2. volum. incip. viso processu causæ vertētis, in vlt. col. &. D. Iason de mayno super prima parte codicis. c. de summa Tri. & fi. cath. hunc eundem cambii Lugdunen. contractum, hoc modo, vt dictū est celebratū approbāt ēt Reuerēdissimus. D. Thomas de vio Caie. Cardinalis &. D Siluester de Prierio Magister sacri Palatii, in sua summa, & alii q̄ plures. Gof. vero & Hostien. & quidam alii qui hunc contractum vel ei consimiles damnant, hoc ideo damnant, quia vt eorū scriptis patet, dicūt ipsum esse cōtractū mutui spe lucri celebratū. Alii vero, vt. D. Archie.

Flo. & Laur. de Rodul. & q̃dã summistæ de huiusmodi cambio loquentes ad neutram partem se determinant, quia videlicet dubitant an sit contractus emptionis vel mutui, qui aũt huiusmodi cambii contractum, esse contractũ emptionis & venditionis, vel reducibilis ad emptionem affirmant. hũc cambii Lugdunen. contractũ, cessante omni fraude celebratũ, tanq̃ iustum admittunt & approbant, cũ aũt superius multis rationibus declaratũ & probatum fuerit, hũc cambii contractum, non esse cõtractum mutui, sed emptionis & venditionis, si (vt dictũ est) cessante omni quauis fraude ac praua adinuẽtione celebretur, recte ac iuste admittendus & approbandus est: & hæc quo ad secũdã huius nostri tractatus partẽ dicta sufficiãt.

Tres tamen difficultates in huiusmodi Lugdunen. aut bezen. cambiis, sic vt dicitur, recte celebratis, insurgere possunt, quarum prima est ratione temporis, in quo secũdũ cõmunẽ consuetudinem licet dari ad cambiũ, quoniã initio temporis quo datur ad cambium pro nundinis illis, tuncim mediate sequentibus, cõmuniter & vt plurimum minus dari solet, ac minori præcio emuntur pecuniæ Lugduni assignandæ, quam medio aut postremo tempore dari & emi soleat, videtur ergo quod ex anticipata precii solutione, pecuniæ Lugduni consignãdæ minori emantur precio quam emi deberent, quo fit vt cõtractus iste vsurarius sit censendus. per argumẽtum a contrario. cap. nauiganti, casu secũdo. Secũda autem difficultas ex parte venditorũ siue capientium ad cambiũ oriri potest, quãdoq; enim immo sepius contingit. quod ipsi capientes ad cambiũ pro Lugduno aut Bezenzono non habeãt pecunias existentes Lugduni aut Bezenzoni ipsi campsori consignandas, neq; etiam habeant ibi agentes pro eis, immo quandoq; neq; etiã habeant modũ ibidem habẽdi huiusmodi pecunias assignandas, aut saltem modum ipsum nisi magna cum difficultate inuenire possunt, quo fit vt ipsi capientes ad cambium, quãdoq; rogare cogãtur eosdemmet campsores a quibus pecunias ad cambium acceperunt, vt suis propriis literis curent quod nomine ipsorum capientium ad cambium tales pecuniæ Lugduni assignandæ sibi assignentur, quã ob rem sequitur, quod ipsi

campsores quãdoq; scienter emant pecunias ab illis, quos sciut aut probabiliter credunt eas nec habere, neq; etiã saltem nisi magna cum difficultate Lugduni habituros: quo fit vt huiusmodi pecuniarum emptio siue cõmutatio non videatur recte neq; bona fide celebrata. Insuper sequitur quod ipsimet campsores ab eo emant pecunias. quas statim quo ad locum tempus & formã penitus integras & immutatas causa lucri eidem sint vendituri, qui sane sic ementes secundũ Diuũ Chrys. super Matth. & adducitur.88. Dist.c.eiiciens. de tẽplo Dei sunt eiiciendi, facit.c.quicũq;.q.4. Tertia difficultas oritur ex parte campsorum, quandoq; enim contingit quod ipsi campsores suas ad cambium dent pecunias tantummodo initio temporis dandi pro nundinis illis, & hoc ideo faciũt, quia (vt dictum est) tunc cõmuniter minus dari solet pro quolibet scuto de marcha Lugduni assignando, quam medio aut postremo tempore, dari soleat. Adueniente postea medio tempore aut postremo, ipsimet non dant, sed capiunt ad cambium pro eisdem nundinis pro quibus prius dederunt, & hoc causa lucri, quia tunc communiter plus datur, quam initio temporis datũ fuerit: quo fit vt hac eorum anticipata solutione siue datione, sequatur iniustitia in prima difficultate iam tacta, ex datiõe vero & acceptione simul cõiunctim iniustitia secũda, quare &c.

Cap. 21.

Ad primam difficultatem & rationem, vno modo posset dici ad antecedens, non semper contingere, quod initio temporis quo dandum est ad cambium, minus detur pro pecunia Lugduni assignanda, quam medio aut postremo tempore, immo quãdoq; medio aut postremo tempore minus datur quã initio temporis datum fuerit: & hoc propter varios rerum euentus in toto illo intermedio tempore contingentes, sicut etiam hoc Anno. 1554. his superioribus nundinis hic Genuę de facto contigit, verum quoniam hoc raro contingit, alio modo respondendo dicitur negando consequentiam illam, quia quod initio temporis minus detur, quam medio aut postremo tempore, hoc nõ procedit, vt infertur, ex anticipata solutione, sed ex maiori venditorũ & capientium ad cambium abundantia, capientes enim ad cambium ideo capiunt quia egent pecuniis, vel vt maius damnum quã sit illud in quod ex cambio

bio incurrunt euitent, vel ficut ferè communiter contingit, vt ex pecuniis ad cambiũ acceptis magis lucrētur, quã fit id quod dant campsori, hæc aũt cõmode fieri non possunt nisi habita ad solutionem aliqua temporis cõmoditate, quia raro contingit quod cum ad cambiũ capiunt tunc actu habeant pecunias Lugduni præsentes. Intermediũ ergo tempus ē occasio quod inueniantur venditores siue capientes ad cambium, quo fit vt multũ tempus intermedium sit occasio multorũ venditorũ, & paucum tempus paucorũ vēditorum & multorũ emptorum, iccirco multo interiacēte tempore, propter abundantiã venditorũ, nisi aliquid aliud tunc de nouo eueniat, rationabiliter minus datur à soluētibus, qui sunt quasi ementes marchas absentes, & modico interiacente tempore, propter abundantiã emptorum plus ab eis ementibus datur, dummodo igitur pecunia loco & tempore absens. vendatur iusto precio. cõtractus est licitus. vnde cum contractus huiusmodi cambiorum, abstracta ista differētia temporũ, liciti sint, vt ex superioribus patet, & hæc tēporis differentia. prædicto modo saluari possit, restat quod si pensata loci absentia & distãtia, iuste fiat talis numismatum commutatio, contractus tales iniusti iudicari non debeant, animaduertendum tamen est quod huiusmodi tempus intermedium non debet esse nimis longũ, quia, vt dictum est in prima parte huius, tunc bene valeret consequētia facta, debet igitur esse congruum & moderatum, vt .s. consequitur localem distantiam, inter videlicet locum datæ & locũ recipiēdæ pecuniæ secũdũ quã distãtiã nihil nisi in tempore moueri põt, etiã si huiusmodi tempus sit aliquantulũ maius quã huiusmodi distantia requirat, quia, vt dictum est, datur etiam ad debitam & honestam cõmoditatem mercatorum & ad cambiũ capiētium: & hoc rationabiliter, quia bono fine, propter publicũ videlicet in primis & cõmune bonum, non affectu & arbitrio singulorum, sed cõmuni omniũ, vt decet, consensu, & accedente ad id principis authoritate, non p errorem, sed ex certa scientia, ac diuturnitate temporis, facientibus consuetudinem vim legis habentem, qua propter si arbitrio bonorũ & peritorũ in arte campsoria virorum, inter datã & recipiēdam pecuniã seruatur æqualitas, & bona fide cõgruoque

tempore

tempore cambium Lugdunen. aut Bezenzonen. celebretur, huiusmodi cambii cõtractus rõne prædicti temporis damnari non debet. hoc etiam modo, vt ex dictis patet, respondendum est ad rationem tertię difficultatis quo ad eius primã partem. Ad secundã autem rationẽ dicitur, quod si campsor sciret aut probabiliter crederet, se ad cambiũ pro Lugduno suas pecunias dare pauperi, qui id pro quo dantur pecuniæ illæ, nullatenus posset ei consignare, illas sic dando vsurarius esset censendus, vel in fraudem vsurarum faceret, vsurã siue lucrũ inde a paupere accipiendo, si vero probabiliter crederet quod capiens ad cambium posset pecunias illas pro quibus dantur deinde Lugduni consignare ita in rei veritate posset. quãuis tamen cũ difficultate, ipse campsor recte & sine cõsciẽtiæ scrupulo posset ei ad cambium suas dare pecunias, & etiã percipere inde lucrum, si quid lucri ex huiusmodi cambio sequeretur, tum quia pecunie illæ & lucrum Lugduni cõsignanda, aliquo modo sunt, & ita emi & vendi possunt, per. l. si iactum retis. ff. de act. emp. & vend. vbi licita ẽ emptio facta de sola spe probabili, vel quasi in actu, & idẽ de partu futuro. l. nec emptio. ff. de cõtrahen. emp. tum ẽt quia campsor nõ tenetur plus diligere alienas diuitias quã suas; Similiter si cõtractu cambii bona fide iam confecto, campsor deinde ad instantiam capientis ad cambium, potentis tamen soluere, suis literis ordinet vt illi scuti de marcha qui sibi Lugduni debẽtur, vel eis æquiualens, nomine capientis ad cambiũ sibi soluantur, propter hoc culpandus non esset: quia id non primaria intentione lucri, sed, vt dictũ ẽst, ad instantiam capientis ad cambium & potentis soluere sine quauis iniustitia facit, nec cap. eijciens, nec cap. quicunq; in contrarium adducta, aduersus hanc nostram cõclusionem militant. quia illa cap. vt ibi patet, de vendente causa lucri loquuntur, quod nõ fit in hoc casu nostro, si quis tamen bona fide alicui suas ad cambium dedisset pecunias, & deinde cognosceret aut probabiliter crederet ipsum capiẽtẽ ad cambium esse impotentem ad cõsignandũ pecunias debitas Lugduni, vel alibi, nihil lucri inde potest accipere, & si accepisset, illud illi pauperi restituere debet, sicut in prima parte huius tractatus. quum de decima ipsorũ campsorũ praua adinuentione

tione